

Pa. 6. 35.
DISSERTATIO IVRIS PVBLICI *Pub. 8. 11. 11. 4.*
DE
CHARACTERE *1709, 46*
STATVVM IMPERII, *23*

GERMANICE:

2118
Son Der Reichs-Standschafft.

Q V A M
DIVINI NVMINIS AVSPICIO
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
AVGVSTO ET SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSICI ET ELECTORATVS BRANDEN-
BVRGICI HEREDE, ETC. ETC.

P R A E S I D E
DN. HENRICO COCCEIO,
ICTO EXCELLENTISSIMO,
AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS
CONSILIARIO INTIMO, FACVLTATIS IVRIDICAE
ORDIN. ET ANTECESSORE PRIMAR.

IN HAC
CELEBERRIMA VIADRINA,
AD D. XII. MART. A. CIO IO CC IX.

EXHIBET
FRIDER. WILH. DE MVLHEIM,
EQVES MARCHICVS.

FRANCOFVRTI AD VIADRVVM, PRIMVM EX
NVNC VERO TERTIA VICE REC. 1739.



DISELLATIO HIERONIMI
DE
CHARACTERE
STATVM IMPERII

FRIDERICO WILLHELMO
REGNI BORVNICI PRINCIPIS
BYRONI HERED. ET C.

FRIDERICO WILLHELMO
REGNI BORVNICI PRINCIPIS
BYRONI HERED. ET C.


FRIDERICO WILLHELMO
REGNI BORVNICI PRINCIPIS
BYRONI HERED. ET C.

FRIDERICO WILLHELMO
REGNI BORVNICI PRINCIPIS
BYRONI HERED. ET C.

FRIDERICO WILLHELMO
REGNI BORVNICI PRINCIPIS
BYRONI HERED. ET C.

FRIDERICO WILLHELMO
REGNI BORVNICI PRINCIPIS
BYRONI HERED. ET C.

FRIDERICO WILLHELMO
REGNI BORVNICI PRINCIPIS
BYRONI HERED. ET C.





I. N. D. N. J. C.

DISPUTATIO IVRIS PVBLICI
DE
CHARACTERE
STATVS IMPERII,

Von
Der Reichs-Standschafft.

SECTIO I.

DE
Nomine Status seu Statuum in genere.

SUMMARI A.

- §. I. *Magna variatio DD. in constituendo vero caractere Status Imperii.* §. II. *Nomen Status & à sistendo & distando dici.* §. III. *Hinc Statum cuiusque rei dici, quo res queque constat ac perficitur.* §. IV. *Id exemplis Legum & Ciceronis ostenditur.* §. V. *Status Juris hominum duplex: privatus & publicus. Privatus paucis describitur.* §. VI. *Publicus status quid?* §. VII. *Vocem REI apud Romanos complexum & universitatem jurium denotasse.* §. VIII. *Ostenditur pluribus auctoritatibus, Rem Romanam idem esse ac Imperium seu jus publicum P. Rom. & Statum rei Romane quicquid eo pertinet.*

A 2

pertinet. §. IX. Schizius notatur. §. X. Qua ratione vox Status à re ad personas, que Status dicuntur, translata sit, ostenditur exemplo Ordinum. §. XI. Ordinis nomine significari in usu juris apud probos Autores, civitatis seu Reip. Senatum vel Magistratum. §. XII. Utrunque tamen nomen Statuum & Ordinum dici de personis. §. XIII. Idem usu venire in verbo Austregarium, quod instantiam seu iudicium significat, & de personis iudicium usurpari solet. §. XIV. Transitus ad alteram Sectionem.

§. I.



Notissima res est, Status Imperii, ein Reichs-
Stand/ notissimum nomen; Sed ignotus in vulgus aut dubius ejus character proprius: & ambiguum, magisne conveniat, esse Status Imperii, an minus, quid eos perficiat. Alii matriculam pro regula afferunt; Alii contributionem onerum Imperii; Alii vocationem ad Comitata; Alii immediatam seu immediatam subjectionem; Alii superioritatem territorialem; Alii jus primæ instantiæ in Camera; Alii hæc aut pleraque conjunctim; Alii aliter.

§. II. Ad constituendam rem adeo vagam prima nominis cura erit, quo vix aliud est quod in plures sensus longe ab invicem remotos abeat. Dicitur autem STATIVS tam à *Sistendo*, quam à *stando*: utriusque enim verbi Supinum, quod Grammatici vocant: convenit, & *statum* est. Nam & à *sistendi* verbo id formatur, *L. f. ff. Si quis in jus voc. non. jur. l. i. §. i. ff. si ex nox. caus. ag. ubi qui sistit pro-*

promittitur, status esse dicitur: & astandi, ut in l. 6. §. 1. ut legat. f. fideic. serv. ibi: voluntati defuncti statum iri. Equidem lites Grammaticorum ea de re sunt, quibus involvi nolumus; secum autoribus JCris Romanis, *dd. 11. & Laur. Valla elegant, Lib. 5. c. 6.* qui & ipse ab utroque verbo idem formari docet.

§. III. Ex utriusque verbi vi & connata significati-
one efficitur, quod proprie status cujusque rei sit id, in
quo res consistit, seu id, quo res constat, adeoque quod
ipsam rei rationem & formam constituit, absolvit & per-
ficit; ideo enim status dici creditur, quod quasi rem ip-
sam sistat atque exhibeat; seu, quod in eo stet rei ratio
& natura.

§. IV. Ita in jure status obligationis dicitur; *L. 108. in f. ff. de Verb. obl. l. 9. §. 1. ff. de duobus reis.* status stipu-
lationis, *l. 124. ff. de Verb. obl.* pro ejus conditione & natu-
ra *arg. l. 12. §. pen. ff. de solut. l. 1. in f. C. de Ord. cogn.* Ita
status generis, *d. l. 1. status dignitatis. l. 10. C. de nupt. l. pen.*
§. 1. §. 2. ff. de extraord. cognit. status veritatis, *l. 27. C. de li-
ber. caus.* Et vulgo status causa seu controversia &c. di-
citur pro omni eo quod ad constitutionem ipsius perti-
net. Quo sensu Cicero quoque statum signorum dixit,
quæ, prout bello capta erant, à P. Servilio descripta ac in
rationes publicas relata fuere: *Orat. Verr. 1. pag. m. 97.*
quin statum totius mundi & naturæ. *Lib. 3. de Orat. prope
fin.*

§. V. Pariter itaque status hominum dicitur con-
ditio illa juris, qua homines in civitate utuntur. *ut in t. 2.
de Stat. hom.* Estq; in genere ille duplex: privatus & pub-
licus. Privatus est conditio illa, quæ requiritur in homi-
ne, ut juribus in civitate uti queat: unde significanter *Jus*

personarum dicitur ; *l. i. Inst. de Jur. pers.* & recte ad tria capita redigitur ; libertatem, civitatem & familiam : si ne his enim homo nec communium jurium in civitate capax, nec societatis, quæ jure gentium inter homines triplex est, humana, civilis & domestica, membrum seu caput esse potest. *L. fin. ff. de cap. min. t. i. Inst. eod. tit.* Quod & Aufonius, cum ternarii mysticum quasi numerum caneret, expressit in *Gryph. seu Idyll. XI. Triplex libertas, capitisque minutio triplex.* Et Terentius *Eun. act. 4. Sc. 7. Eam esse dico liberam, civem Atticam meam sororem.* Unde servus statum seu caput non habere dicitur ; *l. 3. §. f. ff. de Cap. min. §. 4. eod. tit.* etsi à natura habeat. Unde errant, qui præterea ad hunc statum referunt discrimina inter masculos & fœminas ; is enim non personarum status est, sed sexus ; uti similiter huc non pertinet differentia inter magistratus & subditos ; milites & paganos ; natos & nasciturôs ; ille enim est status dignitatis seu potestatis ; iste professionis seu officio ; hic nativitatis. Quæ nihil commune habent cum statu personarum seu hominum, qui necessarius est omnibus ut jurium communium participes fiant. *d. l. f. ibi : tria enim habemus. ff. de Cap. min.*

§. VI. Status publicus complectitur jura civitatis publica, uti privatus privata : Hinc status publicus Imperii Romani dicitur status rei Romanæ, in *§. f. de Jus. & Jur. l. 1. §. 2. ff. eod. tit.* & complectitur omne jus publicum seu Imperium populi Romani : uti status populi Germanici, seu status rei Germanicæ, omne jus publicum seu Imperium regni Germanici, **des Reichs Teutscher Nation.**

§. VII. Etenim elegans est ista acceptio nominis **REI**, qua denotat complexum & universitatem Omnium jurium.

jurium. *l. 5. pr. l. 23. ff. de V. S.* Atque adeo uti, cum ad-
 jicitur nomen privati, idem est quod patrimonium priva-
 tum, quemadmodum Cicero de sociis Catilinæ, quos *pa-*
trimonia sua profudisse dixerat, mox addit: *Res eos pridem,*
fides nuper descere cepit, *Orat. Catil. 2. cap. 5.* Et Horat. *E-*
pist. 1. Res angusta domi: atque sic vulgo, res privata, res
 pupilli: *tot. tit. ff. rem pup.* in rem versum, id est, in patri-
 monium & facultates; *arg. l. 10. C. de præd. min. su. decr.*
 res uxoria, id est, dos ceu uxoris patrimonium. *l. un. C.*
de rei Uxor. act. ita cum nomen populi, civitatis vel alius
 universitatis additur, omne jus publicum seu Imperium
 ambitu suo concludit: Quo sensu Virgilius *Æneid. 1. O*
qui res hominumque Deumque Eternis regis Imperiis! id est,
 quicquid ad Deos hominesque pertinet. Hinc res hu-
 manæ, & esse in rebus humanis, *l. 2. C. de Testam. tut &*
eximi rebus humanis l. 18. C. de Jur. dot. l. pen. C. Solut.
Matr. l. 10. C. de Furt. &c. Atque ita res Priami, res Tro-
 jana, est quicquid populi Trojani fuit, totumque ejus
 Imperium; ut rursus Virgilius *Æneid. l. 3. pr. Postquam*
RES Asiæ Priamique evertere gentem Immeritam visum Superis.
 Et e contrario, res Græcorum seu Agamemnonia, apud
 eundem, *ibid. Res Agamemnonias victricisque arma secutus.*
 Quod nihil aliud est, quam Imperium Trajanorum &
 Græcorum. Uti res Gallorum. *Tac. de Mor. German. c. 28.*
 Res Cherusæ. *Tac. l. 11. Ann. 17. &c.*

§. VIII. Hoc eodem sensu etiam RES Romana
 dicitur, & intelligitur Imperium populi Romani, quem-
 admodum Livius *Lib. 21. cap. 16.* cum refert, quo statu po-
 pulus Romanus, & quam parum à viribus instructus fue-
 rit, cum Annibal Alpes transiret, inquit: *REM Roma-*
nam nunquam tam debilem fuisse atque imbellem. Et *lib. 23.*
cap. 5.

cap. 5. Campanos postulasse à Romanis, ut alter *Consul* Campanus esset, si *REM Romanam* adjuvari uellent. Idem alibi: *Annibal* equitatu prævalebat, *RES Romana* pediatu superior erat. Notum vulgo est illud *Ennii*:

Moribus antiquis stat RES Romana virisque.

Et *Virgilius* *Æneid.* 6. ad fin. de *Marcello*: *Hic Rem Romanam* magno turbante tumultu *Sisset Eques*. Frequentissimum vero id *Tacito* est, apud quem *Lib. 1. Ann. 31.* *seditioni* milites jactant: *Sua in manu sitam REM Romanam*, suis *Victorius* augeri *Remp.* Et *2. Ann. 29.* ait: *REM Romanam* prospere gressit *Euilius*. Item *4. Ann. 1.* *Deum* iram *REM Romanam*. Et *4. Ann. 24.* *Rem Romanam* ab *Nationibus* lacerari. Ita passim eidem dicitur, *Res Romana* *afflicta*: *3. Hist. 46.* & *4. Hist. 14.* *Civilibus armis turbata.* *4. Hist. 57.* *Satieta* glorie *huc profecta* &c. *2. Ann. 11.* Idem *Tacitus* diserte inquit: *Galba* *REM Romanam* adeptus est. *l. 3. Ann. 55.* id est, *Imperium*. Et alibi de *Tiberio*: *REI Romane arbitrium*, (id est *Imperium*) *tribus fere & viginti annis* obtinuit. *l. 6. Ann. 51.* Et præclare *l. 2. Histor. 69.* ait: *Virtute quam pecunia RES Romana melius stetit.* &c. Ex his & aliis innumeris locis ostenditur, in hac formula: *RES Romana*; *REM* idem esse ac *Imperium*: Quod & totidem verbis *Ausonius* in *Monosyll. l. 12.* docet:

IMPERIVM, litem, Venerem cur una notat RES?

Et evidentissimum adeo hinc fit, per *Statum Rei Romanae* intelligi quicquid ad *populi Romani Imperium* seu *Jus publicum* spectat. Nam & expresse id traditur in *l. 1. §. 2. ff. de Just. & Jur.* ubi id ipsum, quod ad *Statum REI Romanae* spectat, vocatur *Jus publicum*; & mox hoc *Jus publicum* dicitur consistere in *sacris*, *Sacerdotibus* & *Magistratibus*: id est, in *Imperio* circa *sacra*, quæ per *Sacerdotes*;

notes; & secularia, quæ per Magistratus explicantur.
d. l. 1. §. 2.

§. IX. Unde incertum valde est, quod Dn. Sinoldus Schutzius, in *Jur. publ. l. 1. tit. 1. §. 3.* causam quærit, cur Imp. *statum REI Romane, & non statum Reipublice dixerit?* Et inconcinnius adhuc, id ideo factum responder, quod vox Reipubl. magis conveniat statui populari. Enim vero ipsum nomen rei, adjecto, *Romane*, id ipsum significat, quod publicum est populi Romani, *supr. §. 6. & 7.* & proinde inepta esset tautologia, dicere Rempubl. Romanam; quod Romanis auribus insolens, & vox, *publicam*, cum plane redundet, jejuna nimis ac otiosa foret. Sed & illud erroneum est, quod ait, Rem Romanam minus convenire statui populari: uti constat ex prædictis locis Livii, Virgillii, & Ennii, qui omnes agunt de temporibus status popularis. Neque aliter locuti fere sunt Romani.

§. X. Etsi vero hinc manifestissimum fiat, per statum Rei Rom. intelligi statum Imperii publicum, in sacris & secularibus; mirum tamen adhuc videtur, qua ratione vox Status, quæ de re accipitur, personis Principum &c. tribuatur, ut illi dicantur Status, *die Stände*. Id vero constat proprietate vocis non contineri, sed per translationem factum esse, ut abusive Status Imperii dicantur personæ, quæ statum imperii formant ac regunt; quod & in aliis nominibus usu venit.

§. XI. Inprimis enim id accidit quoque in voce *Ordinum*, quæ est gemina nominis *Statuum*. Nam & Ordines Imperii appellantur; cum tamen ordo non de persona dicatur, nec personæ ipsæ sint ordines; sed per translationem Ordines dicuntur personæ, quæ sunt in Ordine.

B

Per

Per Ordinem autem etſi alias intelligantur claſſes & gra-
 dus dignitatum, tamen communiter eo vocabulo, inpr-
 mis in hac materia, ſignificari ſolet ordo Princeps cujus-
 que civitatis ſeu Reipubl. uti in Municipiis Decuriones &
 Civitatum Magiſtratus; Romæ, Senatorius. Quod paſſim
 in Legibus & Autoribus occurrit. Ita ordo Civita-
 tum dicitur Curia ſeu Collegium Decurionum, ut in l. 3.
C. de Nat. lib. l. 1. C. de Omn. agr. def. l. 16. §. 1. de Alim. leg.
 Et extat Imp. reſcriptum ad ordinem civitatis Carthagi-
 nenſis, in l. 24. *C. de Appellat.* cujus rubrica fuit: *Valent.*
& Valens, Auguſti, Salutem dicunt Ordini civitatis Cartha-
ginenſis. Ordo Mutinenſis, pro Magiſtratu. *Tac. 2. Hiſt.*
 52. Hinc in ordinem allegi ſeu recipi dicitur, id eſt, in
 Senatum, l. ult. in fin. *de Veteran. l. 3. §. 2. l. pen. pr. & §. 1. ff.*
de Decur. & è contrario, ordine removeri ſeu à ſenatu ex-
 cludi. l. 2. §. 1. 5. l. 3. §. 1. l. 5. ff. *de Decur. l. 15. pr. ff. ad Muni-*
cip. Ordine exire. *Tacit. l. 11. Ann. 25.* Ordine abſtinere. l.
 un. §. 14 ff. *Nil in nov. app. pend.* Hinc decreta Senatus
 decreta ordinis dicuntur. l. 1. l. 3. l. 5. & rubr. ff. *de Decr. ab*
Ord. faciend. Hinc Ordo Græce vertitur Συεδεῖοῦ ſeu Se-
 natus. l. fin. ff. *eod. tit.* Et collegium Decurionum ſim-
 pliciter ordo vocatur. d. l. ult. in fin. d. tit. *de Decret. ab Ord.*
fac. d. l. 2. & paſſim ff. de Decur. l. 5. §. pen. ff. de Donat. inter
vir. & ux. l. fin. in pr. ff. ad Municip. l. 1. §. 3. & 4. ff. quem ad m.
app. l. 1. pr. ff. de Magiſt. conv. d. l. 2. pr. §. 1. §. 2. §. 5. l. 3. §. 2.
 3. ff. *de Decur.* Ac pariter Romæ Senatus Ordo dicitur, &
 quidem ſpecialiter Ordo ampliffimus: ac Senatus Con-
 ſulta, dicta ſunt Conſulta Ordinis; etiam ſub Imp. ut in
 l. 2. *C. de Sci. Maced. l. 2. l. 10. C. de Sci. Vell. l. 4. de Interd.*
matr. l. 4. 5. C. de Excus. tut. l. 2. C. ſiquis ign. rem min. eſſ. l.
 3. *C. de bis quib. ut indign. l. 3. C. qui man. non poſſ. & c.*

§. XII. Certissimum igitur est, per Ordinem intelligi Senatum seu Magistratum Reip. atque inde nomen hoc translatum quoque fuisse ad personas, quæ sunt in Ordine seu Senatu, & eas quoque *Ordines* dici: qua eadem ratione, cum ordines & status iidem sint Status quoque dicti sunt illi, qui Statum formant ac regunt, & sic qui sunt in eo ordine. Quomodo non tantum in Imperio, sed & alibi, uti in Belgica foederata, illi, qui præsent Statui, appellantur Domini Ordines seu Status: *die Herren Stände*, vel *die Herren Staaten*.

§. XIII. Simile exemplum est in den rechtlichen Austragen; Non enim persona dicitur ein Austrag/ sed vox hæc ipsum iudicium seu instantiam exprimit: ita enim in Constitutionibus Imperii & alias dici solet *Austrag der Sache*: ut in *Ord. Cam. 1521. tit. 33. §. 1. Artikel des rechtlichen Austrags gegen die Churfürsten* &c. Et paria habentur, *Austrag, Erörterung/ Entscheid/ oder Rechtfertigung &c. der Sachen*: ut in *Ord. Cam. Part. 1. tit. 3. §. 1.* in Iudice Camerae requiritur: *Daß er verständig sey die Partheyen zu Austrag, und Erörterung treulich zu fördern.* Et quod *part. 2. tit. 8. §. 7.* dicitur: *Daß dem Kläger in Jahres-Frist zu endlicher Erörterung zu verhelffen*, hoc deinde §. 14. redditur: *In Jahres-Frist zu Austrag zu verhelffen*; Et §. 12. *Zu endlichen Austrag, Recht-Spruch und Urtheil zu verhelffen.* Quin die *Austräge* sunt ipsæ instantiæ primæ, & ita passim dicuntur, ut in *R. I. 1654. §. 168.* *Daß die primæ instantiæ und Austräge bey dem Käyserlichen Reichs-Hofrath Anichte observiret werden möchten.* Et §. 105. *die erste instantias und Austräge fleißig in acht nehmen.* Item in *Pac. Osnab. Art. 5. §. 55.* *Privilegium*

primarum instantiarum & jura Aufregarum paria habentur. Nihil igitur certius est, quam voce *Austräge* intelligi non personas, sed judicia & instantias: & tamen vulgo ad personas illa refertur, & Judices Aufregarum, *die Austräge-Richtere* / dicuntur *die Austräge*. Fere ut in quibusdam Judices appellari solent *die Gerichten* / & , ut eo magis appareat de personis id dici, *die Ehrbare Gerichten* &c. Quinimo & illos qui sunt in Magistratu, dicimus *die Magistraren* / *die Obrigkeiten* &c. pro *die D-bern und Magistrats-Personen*. Pari ergo ratione, uti vox *Austräge* / quæ judicium significat, & vox *Ordinum*, quæ *Senatum*, ita vox *Statuum*, quæ idem, & sc. *Imperium* significat, ad ipsas personas, quæ instantiæ judices sunt, quæ *Ordinem* seu *Statum Reip.* faciunt, formant ac una regunt, vulgo transfertur.

§. XIV. Echinè pariter constat, nomen *Ordinum* & *Statuum* non ad parentes & subjectos, sed ad imperantes pertinere. Quibus satis jam præmunitis, pronior erit ad sequentium demonstrationem via.

SECTIO II.

QUA DEMONSTRATUR:

Characterem perpetuum der Reichs-Standschafft consistere in jure Comitiarum.

SUMMARIÄ.

- §. I. *Primum id infertur ex traditis Sect. sup.* §. II. *Idem probatur usugentium & Regnorum: uti Gallia.* §. III. *Svevia.* §. IV. *Dania.* §. V. *Polonia.* §. VI. *Belgia.* §. VII. *Anglia, Scotia &c.* §. VIII. *Et hinc concluditur,*

tur, Statutum Characterem esse Jus Comitiorum. §. IX. Idem demonstratur usu Reccessuum Imperii coramuni. §. X. Ex Ord. Regim. 1500. §. XI. Ex utraque Pace Westphalica. §. XII. Ex Formulis aliis Reccessuum Imperii. §. XIII. Ex ratione. §. XIV. Ex Reccessu Imperii 1555. §. 19. §. XV. Inde dubium quoddam resolvitur. §. XVI. Ex Reccessu Imperii 1564. §. 29. §. XVII. Ex Reccessu Imperii 1570. §. 163. §. XVIII. Ex Reccessu Imperii 1548. §. 56. cujus Sententia evolvitur. §. XIX. Vox Status aliquando latius accipitur pro mediatis; sed illi non sunt Reichs-Stände. §. XX. Aliquando improprie de aliis membris: unde nulla illatio ad jus Comitiorum. §. XXI. Conclusio ex dictis, certum Characterem deo Reichs-Standschaft esse jus Comitiorum.

§. I.

Relatio nominis hactenus demonstrata ostendit, per Statum Reipublicæ intelligi Imperium Civitatis, & per Ordinem Senatuum illum, cui vel sub capite, vel cum capite, vel soli quoque, pro cujusque Reipublicæ Statu ac rationibus cura Civitatis incumbit, prout luculenter ostensum est *sect. 1. §. 6. & seqq.* Eam vero curam explicari in Imperii comitiis universalibus per Augustum Imperii Senatuum, sub auspiciis gloriosissimi Capitis Imperii constat *Pac. Osnab. art. 8. §. 2. & Pac. Mon. §. 63.* Hujus igitur incluytissimi Senatuum membra seu Procere omnes ac soli Statuum seu Ordinum Imperii nomine ac characterem veniunt, *sect. 1. §. 10. & seqq.*

§. II. Idem ostendunt aliarum quoque Gentium mores, & usus. In Gallia, qui convocabantur ut de Re Regni consultarent, dicti sunt Status & Ordines Regni.

Petr. Greg. Tholos. de Republ. lib. 24. cap. 4. n. 6. 7. 8. & cap. 5. n. 1. & seqq. Hos Status & Ordines Regni in tres Classes distinctos fuisse, Clerum, Nobiles & Populum, eosque convocandi morem Regno Galliā coarvum esse, quoties periculum Regno vel Regibus immineret: atque hæc Comititia trium ordinum generalia Lutetiam Anno 1614. convocata fuisse, pluribus exponit *Gramond. Histor. Gall. lib. 1. ad d. ann. pag. 57.* Similiter Regni Status & Ordines Bloësis congregatos fuisse, cum Pontificii id agerent, ut de bello Protestantibus inferendo, & edicto, quo conscientiarum & Religionis libertas permessa iis ac stabilita fuerat, revocando statuerent, refert *Thuan. Hist. 63. ad A. 1576.* Quemadmodum & Ordinum horum Comititiis, sub Carolo XII. Rege puero Anno 1560. habitis, consultatum fuit de pace & securitate Regni interim stabilienda. *Thuan. lib. 27. in princ. ac ann. 1560.* & passim alibi; ubi perpetuo *Status seu Ordines Regni* dicuntur, qui ex universo Regno convocantur ad consulendum de summa Regni.

§. III. In Svecia pariter Status seu Ordines Regni sunt, qui ad universalia Regni Comititia vocantur, adeo ut inter hos plebeji quoque & agricola, die *Bauersschafft* / ideo recensentur, quia & illi in Comititiis Regni comparuerunt; quod commendat *Loccen. Antiq. Svecico-Goth. lib. 2. cap. 8.* Sic Ordines Regni appellati sunt, per quos in Comititiis Noroopensibus de Successione Regni in familia Caroli consentientibus Ordinum Suffragiis, decretum; *Loccen. Hist. Svec. lib. 8. ad ann. 1604.* & per quos in Comititiis Stockholmiā, de Augustana Confessione recipienda; de Senatoribus constituendis; de Judiciis; aliisque Regni negotiis actum statutumque fuit. *Loccen. dict. loc. ad ann. 1602. & de Antiq. Svecico-Goth. d. c. 8.* apud quem

quem passim & perpetuo Ordines Regni vocantur, per quos in Comitibus negotia Regni definita fuere, qualia loca legenti ubique fere occurrent, & inter alia Apologia integra nomine Caroli Principis & Ordinum Regni Sveciæ edita, *lib. 7. Hist. ad ann. 1596.* Add. *Thuan. lib. 121. Hist. ad ann. 1598.*

§. IV. Nec aliter in Dania se res habuit, ubi Regni Ordines fuere & dicti sunt Senatus & Senatores Regni qui in Regni Comitibus, de Regni necessitatibus consultarunt: qualia habita fuere, uti in aliis causis, ita sub Erico X. quibus ipsi Regnum abrogatum, idque per eosdem Christophoro Bavaro oblatum fuit. De quo late *Job. Meurf. Hist. Dan. lib. 5. ad ann. 1438. 1439.* & Bering, in *Flor. Dan. ad ann. 1439. ubi fol. 653.* refert literas Erici, Regis depositi, ad universos *ORDINES* perscriptas.

§. V. De Polonia Regno vel in vulgus notissimum est, Ordines Regni nullos alios esse, quam qui ad Comitatus Regni vocantur, & quanta sit eorum, quin singulorum quoque potestas in Negotiis Regni. Nec opus est exemplis, cum recentissima sit horum Comitiorum memoria. Conf. *Thuan. lib. 62. ad ann. 1576.* ubi inter Casarem & Ordines Regni de certis capitibus in Comitibus Warsaviæ convenisse dicitur. Porro *lib. 65. ad ann. 1575.* convocatis Regni Ordinibus pax cum Civitate Gedanensi facta. Et *lib. 76. in fin. ad ann. 1582.* Rex capita Consultandorum ad Regni Ordines retulit, & hi de iis deliberarunt ac statuerunt.

§. VI. Nulla vero pervagatior Res est, quam de Statibus seu Ordinibus fœderatis Belgii. Hi vel generales sunt, quibus totius fœderis, seu fœderata Reipubl. cura commissa est; tum peculiare ejusque Provinciæ, qui suæ Provinciæ moderantur, nec aliter dicuntur, quam
Status

Status seu Ordines. Illi, die *General. Staaten*; Hi, die *Staaten von jeder Provinz*. Ita & à se & ab aliis in publicis literis, in compellationibus ubique nuncupantur, nec ulli alii sunt, quam qui ad clavum Reipublicæ sedent. Cujus rei certior ab ipsa experientia noticia est, quam ut Autoribus juvari opus sit. Vid. tamen *Paul. Merul. de Stat. Respubl. Bat. & ipsum illustrissimorum Hollandiæ & West-Frisiæ Ordinum decretum de Antiq. jure Reip. Bat. ann. 1587. eorundem auctoritate editum*. Eadem autem plane vox est, *Staaten & Stände* / dialecto lingvæ saltem distincta.

§. VII. Taceo Ordines Regni Angliæ, qui sunt illi, quibus una cum Rege incumbit cura Regni, quique in duas curias, Procerum ac Populi distincti, adeo Rempublicam pariter gerunt, ut nulla Pax absque eorum auctoritate fieri vel bellum geri possit. *Polid. Virg. Hist. Angl. lib. 11. fol. 1185. Thuan. lib. 131. in princ. Cambd. Hist. Elisab. part. 3. ad ann. 1582. in princ.* ubi in Comitibus per Ordines Regni actum de insidiis à Regina Scotiæ in Reginam Angliæ structis. Et *d. part. 3. ad ann. 1586. pag. 495. & 497.* sententia in illam ac proditores lata; tum *ad ann. 1587. pag. 54.* cum Scotorum Ordinibus ea de re actum; quin & *ead. loc. pag. 557.* cura Regni illis contra Hispanum commendata, dictique sunt Ordines Parliamenti, cum alias, tum in ipsis Regis Scotiæ litteris, apud eundem *Cambd. d. loc. ann. 1586. pag. 510. & alibi passim*. Eadem rationes fuere Ordinum Scotiæ, de quibus *Cambd. d. part. 1. in princ. & ad A. 1587. pag. 536. & Buchan. Rer. Scotiæ. lib. 16. ad ann. 1559. pag. 586.* ubi Matris Regentis Imperium usque ad Conventum generalem Ordinum Scotiæ suspenditur. Et pariter de Ordinibus aliorum populorum.

§. VIII.

§. VIII. Adeo certum perpetuumque est, etiam u-
 fu gentium, per Status vel Ordines Regni non alios intel-
 ligi, quam qui in Comitibus de summa Reipublicæ consul-
 tant & statuunt, & hunc eorum esse characterem certum
 ac perpetuum.

§. IX. Illud ergo multo magis per Status & Ordines
 Imperii intelligi ac significari, porro ostenditur ex perpe-
 tuo usu & tenore Reecessuum Imperii. Ita enim dicitur
 indefinite, daß die Stände auf dem Reichs-Tag ver-
 sammlet: Daß die Stände des Reichs sind erschie-
 nen: Da die Stände sich gutwillig bezeigt: Die
 Stände deliberiren; &c. his dicitur propositio Casarea
 aperiri: It. Daß mit den Ständen tractiret worden;
 Daß Käyser und Stände sich verglichen: & similia.
 Quæ continuo prope in Reecessibus Imperii occurrunt.
 Hæc vero adeo indefinite dicta sunt, ut nemo Statuum ex-
 clusus inde videri possit; nemo nisi Status admissus: Ne-
 que probari potest, his locutionibus, cum certum sit nul-
 los nisi Status comprehendendi, nullum Statuum exceptum
 esse. Omnibus igitur & solis Statibus ubique tribuitur
 jus Comitiorum.

§. X. Hoc expressius & specialius exponitur in *Or-
 din. Regim. 1500. tit. von des Reichs Regiments-Ordnung*
ab i tantum sancitur: Daß das Regiment Rech-
nung thun solle: Quibus? Den Ständen des Reichs:
indefinite & nemine excluso. Sed porro additur: Und
wann jemand von den Reichs-Ständen nicht kommt,
soß doch fortgefahen werden. Hoc autem fit in Co-
mitibus. Adeo ergo ad omnes Status id jus pertinet, ut
quæsitum sit, an, si vel unus Statuum non compareat,
 C quid

quid agendum. Ut certum sit omnes vocari debere, & jus omnium esse.

§. XI. Id vero disertissime quoque dicitur in *Pace Os nab. art. 8. §. 2. & Pac. Monast. §. 63.* : Quod in publicis Imperii negotiis nihil admitti debeat, nisi de *Comituali libe- roque OMNIVM Imperii Statuum suffragio & consensu*. Omnes igitur Status nullo excepto, jus Comitiorum habere hinc certum; alios vero, quam Status, id non habere in confesso est. Jus itaque Comitiorum proprium ac genuinum est Status indicium, quod omni Statui inharet nec ulli alii inest.

§. XII. Et similis formula videtur esse in omnibus illis Imperii Constitutionibus, quibus de Statibus Imperii ad Comiticia vocatis, dicitur, *die gemeine Stände des Reichs*; quemadmodum plerique Recessus ita loquuntur; *vid. Rec. Imp. 1544. §. 100. R. I. 1548. §. 57. 58. & seqq. passim per tot. R. I. 1559. §. 9. & seqq. pass. R. I. 1566. §. 179. & sim.* in quibus ubique status ad Comiticia vocati, dicuntur: *Die gemeine Stände des Reichs*; quod idem est ac, *die gesammte Stände des Reichs*; neque aliter explicari commode potest; etenim si aliqui tantum Status id juris haberent non posset id tribui, *den gemeinen Ständen des Reichs, sondern nur etlichen.*

§. XIII. Nec definiti posset, quinam Statuum ad Comiticia accersendi essent, si omnes non sunt. Nusquam enim discernuntur, nec ullibi traditur discrimen Statuum, qui in Comititiis comparere possunt, & qui non possunt. Dicendum itaque omnino est, omnes Status in Comititiis comparere posse, & cum constet, reliquos qui Status imperii non sunt, id juris non habere, eos Solos.

§. XIV. Nec parum huc facit *R. I. 1555. §. 19.* ubi
con-

conventum dicitur: Daß solche eingezogene Güther,
welche denjenigen, so dem Reich ohne Mittel unter-
worfen / und NB. Reichs-Stände sind, nicht zugehö-
rig &c. eingezogen seyn sollen. Quæ verba, welche
Reich-Stände sind, restringunt genus immediatorum,
ostenduntque, non omnes immediatos esse Status Impe-
rii. Nulla vero alia ratio solida ostendi potest, quæ se-
paret immediatos illos, qui Status Imperii sunt, à cæteris,
qui non sunt, quam jus Comitiorum.

§. XV. Etsi vero ambigi posset, utrum verba illa
sint priorum restrictiva an declarativa, tamen rem per-
pendenti appariturum facile existimo, esse restringentia.
Et, præter rationem genuini sermonis, & quod alias fru-
stra plane verba illa addita essent, nec Imperatori & Sta-
tibus causa aut animus fuerit explicare voces, sed defini-
re Rem, multa alia sunt, quæ plane id persvadent. Inpri-
mis vero omnes Immediatos non esse Status Imperii, ap-
parebit Sect. sequ. nec contrarium doceri poterit.

§. XVI. Idem quoque probat *Rec. Imp. 1562. §. 29.*
ubi diserte lex statuitur in eos, so nicht Stände des
Reichs / jedoch dem Heil. Reich immediate unterwor-
fen sind. Ut plane constet, non omnes immediatos esse
Status Imperii: nullum autem discrimen certum occur-
rit vel probari potest, quo discernuntur, quam quod alii
jus Comitiorum habeant, alii non habeant.

§. XVII. Confirmatur porro hæc sententia ex *Rec.*
Imp. 1570. §. 163. ubi adeo Status Imperii ratio in Jure Comi-
tiorum constituitur, ut illis Statibus, qui forte eo usi non-
dum fuere, illud, quasi jus iis debitum ac competens, in-
regrum salvumque ipsis fore cautum fuerit. Verba hæc
sunt: Nachdem auch noch etliche Reichs-Stände hie-
vor/

bevor / so noch zur Zeit zu keiner Session kommen / und
 derhalben mit keinem streitig worden ; damit denn
 denselben ihre NB. gebührliche SESSION und Stimm
 im Reichs-Tag eingegeben würden / seynd Wir erlie-
 thig ic. Nihil ergo evidentius est, quam hoc jus Comi-
 tiorum esse, quod omnibus Statibus debitum est, adeo,
 ut, licet nondum id exercuerint, tamen ad id, tanquam
 jus sibi competens ac debitum, admittendi sint, nec ar-
 cere ab eo possint : unde notabiliter dicitur : Ihre ge-
 bührliche SESSION und Stimm, quo apparet id jus Sta-
 tum proprium & competens esse.

§. XVIII. Accedit *Rec. Imper. 1548. §. 56.* ubi nota
 Status Imperii est, Stimm und Stand im Reich : ere-
 nim agitur ibi de eo, qui se eximit : von des Reichs An-
 schlägen, & tribus casibus inde absolvitur : (1.) Si do-
 ceat, Daß Er nicht Stimm und Stand in Reichs-
 Versammlungen. (2.) Si doceat, Daß Er keine
 Lehn im Reich habe. (3.) Si fiscus Imperii non pro-
 bet contra ipsum, Daß Er in Menschen Gedächtnuß
 in des Heil. Reichs gemeinen Hülffen einen Anschlag
 bezahlt habe. In novissima specie fundatus est Fiscus
 Imperii in possessorio. In altera, si feudum ab Imperio
 habeat, tenetur ex jure communi feudali, ut Vasallus Im-
 perii. In prima, si habeat Stimm und Stand in Co-
 mitibus, non tenetur alia ratione, quam quia tum est Sta-
 tus Imperii, cuius proinde tota ratio collocatur in jura
 Comitiali.

§. XIX. Equidem vox Status varie accipitur, ut
 Sect. 1. dictum est, ubi in primis ostendimus, etiam Muni-
 cipiorum Senatum Ordinis seu Status nomine venire
 Sect. 1. §. 11. ut mirum non sit, aliquando etiam mediata
 mem-

membra dici, *Stände*, uti mentio *der mittelbahren Stände* fit in *Cap. Jus. art. 33. in fin. & R. I. 1548. §. 56.* & alibi sapius. Verum illi non sunt *Reichs-Stände*, qui regulariter & per eminentiam, voce *Stände*, simpliciter posita veniunt.

§. XX. Sed & alia Imperii membra aliquando Status dicta sunt, voce latius & improprie accepta: *vid. Limn. d. Jur. publ. Add. 2. ad lib. 1. cap. 7. Carpz. d. Leg. Reg. cap. 5. Sect. 11. n. 31. & seqq. Dn. Præf. Juris publ. prud. cap. 19. §. 10.* Caterum ab hujusmodi appellationibus non valet illatio ad Statum Imperii & jus Comitiorum.

§. XXI. Plura in eam rem afferri possent, sed supervacuum id videtur: Satis ex dictis constat, certum ac genuinum Status Imperii iudicium esse jus ordinarium Comitiorum, ita ut eo vocandus sit: nam negotiorum suorum causa etiam extranei per se vel per legatos, quin & privati in Comitiiis comparent, non vero inde sequitur, & jure statuum vocatos aut vocandos esse, ut de rebus Imperii consulunt, atque in eo consistere Status Imperii, quasi loquuntur, ut essentiam, quia eo posito ponitur Status Imperii, negato tollitur. Quod evidentius adhuc fiet ex sequentibus.

SECTIO III.

DE

Immedietate Statuum Imperii, & aliis membris immediatis, qui non sunt Status.

SUMMARIUM.

§. I. *Præter formam der Reichs-Standschafft accedat Senatibus*

tibus Imperii immediatas. §. II. Eam vero non esse de
 forma der Reichs-Standschafft; esse tamen conse-
 quens juris Comitiorum, quod soli immediati habent, sed
 non omnes. §. III. Ratio exponitur, cur soli immediati
 intersint Comitibus. §. IV. Item cur non omnes imme-
 diati? §. V. Recensentur varia Imperii membra im-
 mediata, que non sunt Status, uti pagi & vici immedia-
 ti. §. VI. Hos pagos non esse factos immediatos, sed ci-
 vitates, & hoc solo facto Status in terris immediatis.
 §. VII. Dn. Ludolpho Hugoni & c. respondetur. §. VIII.
 Quin rusticos & privatos quoque immediatos reperiri,
 qui vicinis Principibus in clientelam se dedere, Status ve-
 ro neutiquam sunt. §. IX. Sed & pradia, terras, ac ju-
 ra immediata à privatis & civibus in feudum teneri.
 §. X. Hinc apparere de usu der Kayserslichen Land-
 Gerichte in his terris immediatis, & de harum ac medi-
 atarum statu diversissimo. §. XI. Talia membra imme-
 diata Imperii imprimis esse die Reichs-Ritterschafft
 in Francken, Schwaben und am Rheinstrom;
 at non Status Imperii: quod probatur ex dictis; §. XII.
 Et porro ex Constitutionibus Imperii. §. XIII. Ratio
 redditur, quod ministeria sint, non officia. Et hoc quo-
 que quanto honor etiam apud alias gentes fuerit, exem-
 plo Macedonum ostenditur. §. XIV. Dienstleute no-
 men commune esse iis, qui Imperio & qui Principibus mi-
 nisteria prestant, & horum aliquos Vasallos esse. §. XV.
 Plurimum differre Dienstleute & Eigene Leute: &
 quomodo. §. XVI. Judicia Imperii immediata cur
 non sint Status. §. XVII. Adharet quoque Statibus re-
 gulariter superioritas territorii, sed Statum non facit,
 quod probatur. §. XVIII. Idem probatur alijs ratio-
 nibus.

nibus. §. XIX. Et confirmatur alia. §. XX. De reliquis, quæ Statibus accedunt, ut subjectio Camere, collectarum præstatio, & matricula. §. XXI. Hæc tamen Statum non constituunt. §. XXII. Quale Jus Comitiorum Statum faciat. §. XXIII. Non Jus Austregale, neque obligatio Imperii.

§. I.

Visa jam & demonstrata forma **der Reichs-Standschafft**, certa, propria & perpetua, se. jure proprio & ordinario Comitiorum Imperii, consequens est, ut & reliquas qualitates seu affectiones, quæ accedunt & adherent Statibus Imperii, lustremus. Inter quas in primis recensenda est **IMMEDIETAS**, (quod nomen in familiam juris publici adoptandum omnino est, cum nec aliud aptius sit, & usus ipse ac Necessitas domesticum fere jam fecerit,) quia Status Imperii Imperio immediate subjecti sunt.

§. II. Enimvero hoc ipsum non tam ad rationem Status Imperii, quam ad ipsum jus Comitiorum pertinet, quod nulli mediatorum habent, sed soli immediati cives imperii. Id igitur consequens est juris Comitiorum, nec forma **der Reichs-Standschafft** / sed formæ adharens qualitas, quæ omnibus quidem Imperii Statibus adest, sed non solis, quia omnes & soli Status quidem jus Comitiorum habent, sed non soli jus immedietatis, ut mox apparebit.

§. III. Id vero merito ita receptum est pluribus ex causis. Primum enim incongruum omnino videtur, eos qui alii domino subjecti sunt, præsidere una cum domino summæ rei, idque jure proprio seu Status; contradicere

ten-

sententia Domini, atque ab eo animis suffragiisque ac studiis dissidere. Deinde verteret illud in Domini praejudicium haud modicum, si subdito, qui domino ad onera & operas tenetur, comparandum esset in Comitibus Regni atque adeo non tantum ad hoc, quod ipsius sumtibus fit, sed & ad alia Imperii onera traheretur. Quod eleganter exponitur in *Rec. Imp. 1548. §. 66.* dignusque is locus est, qui, etiam ob ea, quae deinceps tractanda sunt, integer adseribatur. Is ita se habet: **Wiewol auch in der Ringerungs-Handlung bedacht, daß die Graffen und Herren, so kürzlich ihre Dignitäten erlangt / sollten in recognitionem praeminentia, so sie von Uns / und Unserm freundlich- lieben Bruder / dem Römischen König / empfangen / leidentlich maffen / auch in die Anschläge des Reichs gezogen worden. So haben Wir doch dargegen erwogen, daß solche Graffen und Herren / zu mehrer Theil unter Ihren besondern Landes-Fürsten geseßen, vormahls von allen ihren Güthern denselbigen gedienet, sich auch zum Theil allein auf der Fürsten Eigenthum und ihre Pfandschafften, Graffen oder Freyen lassen, und also gar keine Güther ohne Mittel unter dem Reich haben / auch nicht anders / dann mit ausdrücklichem Vorbehalt der Fürsten Gerechtigkeit, zu denen Dignitäten zugelassen sind. Derowegen wo Sie allein des Tituls und Namens halben in die Anschläge des Reichs gezogen werden sollten, das würde den Fürsten obgemeldt allerhand Beschwerde bringen / und also mit der Zeit Ihnen noch weiter Abbruch und Schmälerung an Ihrer Landes-Fürstlichen Obrigkeit gebähren / in Ansehung, daß solche neue Graffen und Herren nicht**
 imme-

immediate Glieder und Stände des Heil. Römischen Reichs gewesen / oder darinn begütert, sondern solcher Landes-Fürsten Unterthan und Landleut wären. Damit dann in solchen niemands wider Billigkeit beschweret werde, so haben Wir Uns mit Chur-Fürsten, Fürsten und gemeinen Ständen / und der Abwesenden Rätthen und Gesandten verglichen / wo einige Graffen oder Herren wären / welche küniglich ihre Dignitäten erlanget, und dem Reiche immediate nicht / sondern andern ihren Landes-Fürsten unterworffen, auch nicht Güter ohne Mittel / von / oder unter dem Reich / hätten / daß dieselbe in die Anschläge nicht gezogen / aber diejenige / so in dem H. Reich begütert, oder anderer Fürsten Subditi immediate nicht wären / daß dieselbige / nach ziemlichen Dingen / gleich andern / mit des Reichs Anschlägen beleet werden.

§. IV. Haud minor ratio, quæ immediatos quoque non omnes admittit; sed illos tantum, qui ab Imperio potestatem ac jurisdictionem jure Imperii exercendam initio acceperunt, seu officium Regni in suo territorio gerunt, ut, præter Principes, fuere Comites & Barones Imperii: Illi enim, qui omnes nomine der Freyen veniunt, (uti & Civitates immediata) in suis territoriis exercuere des Reichs-Bann und Gerichten jure Imperii. Ita in *Spec. Sax. lib. 3. art. 52.*: Der Kaysler mag in allen Landen nicht gesehn, noch auch alle Ungericht richten zu aller Zeit / und darum so leihet Er den Fürsten Fahn-Wehen und Graffschafften / und den Graffen ihre Schultheisthum, daß Sie und die Schultheißen indgen fortrichten NB. an seiner Statt. Ita & ex 2. *Feud. 27. princ. §. 4. & segg.* nomine Cæsaris & Imperii

D

Comi-

Comites Officium exercent, quod inde in Principibus dictum fuit **Fürsten-Ampt.** *Spec. Svec. lib. 1. §. 41. & seq.* Edignitate enim & re Imperii videtur, non nisi Officia Regni ad Comitatus & in censum Statuum admitti, & Imperii totius curam eosdem agere, quibus & partes ejus commissa sunt, nec potestatem Imperii iis communicare, qui eam ne domi quidem seu in terris suis haberent. Conf. *Dn. Præf. Jur. publ. prud. cap. 19. §. 2.* Nam & in aliis plebisque Regnis non omnes, etsi immediati essent, Comitibus interfuisse, exemplo Daniae aliorumque intelligi potest.

§. V. Fuere igitur plura immediata Imperii membra, quæ nec in Comitibus nec in numero Statuum sunt. Nam & hodie in terris immediatis superiunt pagi seu vici immediati, qui neminem, nisi Imperium, agnoscunt. Horum tres nominat Gold. *in præf. der Reichs-Handlungen, prope fin.* scil. **Suffelnheim / Gedramstein / Gamsic.** Et *in Pac. Osn. art. 5. §. 2.* mentio fit communitatum & pagorum immediatorum. Olim vero in terris immediatis paucæ Civitates & plurimi pagi seu vici fuere; adeo ut in Svevia circa ann. 800. paucæ, & præter **Mugspurg, Pfüllendorff & Rempten** nullæ urbes, sed multi insignes pagi fuerint: scil. **Ulm, Bibrach / Grünnefurt, Leutkirch** / &c. ut testatur *Casp. Brusebius de Monast. Germ. cap. de Campidona, in Vita Abb. Andegarii. Kaipfeld. de Civit. Imp. lib. 3. cap. 28. n. 3.*

§. VI. Horum itaque Pagorum plurimi cum ab Imp. jus Civitatum nacti fuerint, hoc ipso facto, quippe Civitates terræ immediatæ, cœperunt esse Status Imperii, absque ulla nova constitutione, vel concessione. Cum enim jam ante membra immediata Imperii essent, nihil ipsi

ipsis defuit ad Status Imperii Characterem quam Jus Comitiorum ; quod , obtenta eum jure Civitatis Jurisdictione Imperiali , consecuti sunt. Et hinc hodie in Svevia tot sunt Civitates Imperiales ; quia præcipui ejus pagi , maxime sub Svevis Impp. Civitates facti sunt , ut ex annalibus constar.

§. VII. Non possumus igitur assentiri Illustri Viro , Domino Ludolpho Hugoni , *de Stat. Germ. cap. 1. §. 8.* qui ut Civitates liberas ita & vicos Imperio Principum exemptos esse autumat : quod & alios statuere videmus. At enim neque potuit hoc fieri , neque factum est usquam in terra mediata ; in immediata autem vici hi jam ante immediati & Imperii fuerunt , & ab Impp. non jus immediatatis , sed Civitatis saltem adepti , eoque ipso ad Comititia recepti , & ita Status Imperii sine ullius injuria facti sunt , & fieri potuerunt ; Cujus rei è contrario , in terris mediatas nullum vestigium apparet. Nihil ergo aliis ademptum est.

§. VIII. Non tantum autem in terris immediatis vici & pagi , sed & privati & Rustici immediati inveniuntur ; quorum itidem meminit *Gold. d. loc.* eoque inveniri ait *auf der Teuffischer Heyden / und zu Wiegloß &c.* De his vero late agit *Mager. de Advoc. Armat. cap. 6. num. 27. & seq. usque ad num. 64.* ubi & *num. 40.* literas protectorias Sereniss. Marchionis Onolsbaecensis exhibet , quibus ille ann. 1579. talem Rusticum immediatum Franconia: **Hans Kohnen zu Rüdern** / eum omni sua familia in protectionem suscepit , & *num. 63.* alias , quibus Prepositus Elwangenensis in Svevia quendam **Hans Weber von Killingen** eodem modo recepit. Denique *d. n. 63.* addit : *Hujus generis liberorum hominum NB. in prædictis partibus degentium pluræ exempla & literis afferri posse ;* At nullum è terris

mediatis: ut vel inde videatur non satis perpendi momentum discriminis terræ mediatae & immediatae, cum in dubium illud vocatur.

§. IX. Sed & pradia, terræ, & jura quaedam immediata sunt, præsertim in Franconia, quæ Cives Noribergenses in feudum immediate ab Imperio recognoscunt, de quibus Autor *Actor. Lindav. Part. 2. Punct. 8. fol. 237.* prolixius agit: at multa plura eorum Exempla efferruntur *in tabulis, quas idem Autor sub p. p. p. p. p. fol. 916.* subjungit. Hæc omnia sunt Imperii membra immediata, neque tamen, illi in numero Statuum, nec Comitiorum participes; nec alibi quam in terra immediata.

§. X. Hi ergo omnes fuere immediate sub potestate *der Käyserl. Land-Berichte in Francken/Schwaben, und am Rheinstrom.* Etenim in eodem loco, ubi diximus inveniri hujusmodi pagos, Rusticos &c. fuere præmemorata judicia Imperialia: uti in Svevia Leutkirchense, ubi Rustici illi liberi commorati sunt, de quibus *sup. §. 8.* Et in Franconia Onolsbacense, ubi talis Rusticus Sereniss. Marchioni se in protectionem dedit. Quorum omnium cum nihil occurrat in terris mediatis, facile vel hinc apparet, quantopere earum & immediatarum status discrepent.

§. XI. Inprimis vero talia membra immediata sunt Nobiles immediati in iisdem terris immediatis, scilicet *die unmittelbare Reichs-Ritterschafft in Francken/Schwaben, und am Rheinstrom.* Hoc enim illustre Imperii corpus itidem his finibus terræ immediata continetur; pari tamen ratione Comitibus eos non interesse constat, nec olim interfuisse probari potest. Id ipsi è Franconia Nobiles fatentur litteris ad Status Anno 1619. datis, quas

quas exhibet *Lim. de Jur. Publ. lib. 6. c. 3. n. 35.* in verbis : Weil die Reichs-gefreyete Ritterschafft in die Reichs- und Creyß-Matricul, auch Dero Anschläge nicht begriffen / und auf die Reichs-Deputation, und Creyß-Convent, nicht beschriben zu werden NB pflegen. Et ipsi Status Imperii in dupl. exhibita d. 7. Sept. 1555. ajunt : Was die Ritterschafft, so dem Reich ohne Mittel unterworfen / die keine Stimm und Session im Reichs-Rath haben / auch in den Anschlägen nicht begriffen ic. *apud Leb. d. pac. Relig. lib. 1. c. 18. princ.* Unde nec esse eos Status Imperii consequens est.

§. XII. Hoc quidem ex superius dictis manifestissimum esse non dubitamus, idem tamen & ex legibus Imperii publicis evidentissime ostenditur. Perpetuo enim a Statibus Imperii segregantur & distinguntur Nobiles immediati, uti in *Rec. Imp. priore de ann. 1512. §. 27.* dicitur : Nachdem die Ritterschafft zu Erhaltung des Heiligen Reichs ihre treue Hülffe sonst stattlich mitgetheilet &c. So sehen Wir und die Stände des Reichs in keinem Zweifel, die Ritterschafft werde sich zu Vollziehung angezeigter Sachen auch gutwillig erzeigen. Alii autem sunt, qui confidere dicuntur, scil. Imperator & Status; alii, quibus illi confidunt, scil. die Ritterschafft. Et sic perpetuo in Capitulationibus Imperii, tum exterorum, cum Gloriosiss. Imperatoris Josephi *Artic. 3.* ibi : Herren und Stände / wie auch die unmittelbahre freye Reichs-Ritterschafft ic. *It. Artic. 18.* ibi : Fürsten und Ständen, ingleichen der unmittelbahren Reichs-Ritterschafft. *It. Art. 20.* Fürsten und Stände des Reichs / sammt der gefreyten Reichs-Ritterschafft. *It. Art. 21.* ibi : Einen jeden Chur-Fürsten und

und Stand / in gleichen der freyen Reichs: Ritterschafft &c. Et ita alibi, & in reliquarum Capitulationum articulis parallelis. Porro, cum ann. 1555. peterent Nobiles immediati inferi se paci Religioſi respondit Caſari, daß des Friedens halben zwischen Ihro Königl. Maj. und den Ständen des Heil. Reichs geschlossen soll werden / und nicht viel erhöret worden / daß anderer halben NB. die nicht mit beschrieben / auch nicht Reichs: Stände seyn / dergleichen Sazung gemacht &c. apud *Lehm. de Pac. Relig. l. 1. cap. 16.* Quin in Protocollo Statuum *d. lib. 1. cap. 17.* expresse in eadem causa definitur, quinam per Status Imperii intelligendi, cum ad petitionem Nobilium & Civitatum mediatarum Pontificii respondent: **Daß der Friede allein auf die Reichs: Stände / das ist NB. Churfürsten, Fürsten / Prälaten / Freyherren und die Reichs: Städte gerichtet.** Adeo diserte exclusi sunt à classe Statuum Nobiles immediati.

§. XIII. Scilicet his terræ concessa sunt non ut in partem Imperialis jurisdictionis veniant, ac Magistratum Imperii in iis gerant, uti reliqua Statuum officia, sed ut ministeria operasque Imperio præstent in aulis ac bellis; indeque dicti sunt **des Reichs Dienstleute.** Et fuit ea res maximi honoris, magnumque decus. Neque tantum ille mos Imperii, sed aliarum quoque Gentium fuit. De Macedonum Principibus idem refert Curtius *lib. 8. cap. 6.* *Mos, inquiens, erat Principibus Macedonum, adultos liberos Regibus tradere ad munia haud multum servilibus Ministeriis abhorrentia. Excubabant servatis nocturnum vicibus, proximi foribus ejus adis in qua Rex acquiescebat &c.* Et mox: *Præcipuus honor habebatur quod licebat se dentibus vesci cum Rege.* *Casti.*

Castigandi verberibus eos nullius potestas præter ipsam erat. Hæc cohors velut Seminarium Ducum Præfeclorumque apud Macedonas fuit. Hinc habuere posteri Reges quorum stirps per multas ætates Romani opes ademerunt. Tanta ea res dignitatis & expectationis fuit!

§. XIV. Fuisse autem hoc nomen **Dienstmann** oder **Dienstleute** commune, tum iis, qui Imperio, tum iis, qui Principibus ministeria præstant, patet ex *Spec. Sver. lib. 1. cap. 46. §. Ob des Reichs Dienstmann. & cap. 52. §. 2. & passim alibi.* Et instar omnium esse potest, quod in Constitutionibus Imperii expresse dicuntur **Knechte**: ut *R. I. 1500. iii. Was man mit den Ritterschafften*, ubi tractandum cum iis dicitur: *Ihre getreue Hülffe, wie Ihnen / als Christ-gläubigen Rittern, NB. und Knechten des H. Reichs wohl anseheth / zu thun / ic.* Et in *Ordin. Reg. 1500. iii. Von der Ritter- und Knechtes Steuer. ic.* Non igitur res confunduntur, etsi nomen commune sit. Nec desinunt esse **Dienstleute** & **Ministeriales**, etsi terras suas in feudum recognoscant, adeoque ex eo etiam **Vasalli** & **Lehnleute** vocentur: quod tum nomen ipsis cum omnibus Vasallis, etiam Principibus, commune est.

§. XV. Ex adverso autem cavendum est, ne confundantur **Dienst-Leute** und **Eigene Leute**. Fuere enim, qui se, cum uxore, liberis, ac tota posteritate, adstrinxere alii ad servitia, quorum exempla refert *Clariff. J. C. Jus Dr. Hertius de homin. propr. Sect. 4. §. 2. seqq.* Verbum hi toto genere differunt à memoratis ministerialibus. Conditio enim **der Eigene Leute** personis inhæret, & servitia, ratione personæ suæ, præstant; **Dienstleute**, ratione terrarum, quæ in id concessæ sunt, uti in *Rec. Imper. 1548.*

§. 66.

§. 66. ibi : Die den Landes Fürsten vormahls von al-
 len Güthern gedienet. Illi non soli, sed & uxores & li-
 bери, servitia præstare debuerunt ; Quod in altero genere
 secus est. Denique Eigene Leute alii etiam habere po-
 tuerunt ; Dienstleute soli Principes & Imperium. *Spec.
 Svec. lib. 1. cap. 52. §. 3.* ibi : Daß niemand Dienstmann
 haben mag, nannst das Rych und die Fürsten ic. & §.
 4. ibi : Es en mag mit Recht nicht eigene Leute haben/
 nannst das Rych, die Freyen Herren, und die Mittel-
 Freyen. Sed ea latius exequi hujus instituti non est.

§. XVI. Quin & judicia dantur immediata, neque
 tamen sunt Status Imperii, uti die obgemeldten Käyserli-
 chen Land Gerichte, das Hoff Gerichte zu Rothweil/
 das Land Graffthum im Elsaß ic. quæ cum Jurisdic-
 tionem Imperii exerceant, mirum videri possit cur non sint
 Status Imperii. Enimvero hæc non sunt Statuum sed ip-
 sius Imperii & Imperatoris judicia ; non Statuum, qui ju-
 dicia sua jure sui Magistratus proprio, quin hodie fere ju-
 re superioritatis territorialis exercent ; cum prænomi-
 nata ne quidem per Status, sed per Judices ad id electos,
 & si qui sint Status inter illos, non nisi nudo Imperii ad-
 ministratorio jure expediuntur, neque adeo magis, quam
 ipsa Camera Imperialis, sunt Status Imperii.

§. XVII. Atque hæc hæc hactenus de immedietate,
 quæ aliis quoque communis est. Porro vero Statibus
 adhæret hodie regulariter superioritas territorii quæ dici
 solet. Equidem satis constat, hanc summam quandam
 & propriam territorii potestatem non nisi post Carolin-
 gos cœpisse, nec nisi summis Imperii Principibus ac Ducibus
 Provinciarum permissam, deinde reliquis quoque
 Principibus quæsitam, at Episcopis & Comitibus sero as-
 seram

feram fuisse; nomen autem ipsum recens plane & nuper à DD. inventum fuisse. Vid. *Dn. Praef. Jur. publ. prud. cap. 21. §. 10. & seqq.*

§. XVIII. Ea itaque non ingreditur certum illum ac perpetuum Statuum characterem; Nam & Status Imperii fuere antequam existeret Superioritas territorialis: per §. 17. *sup.* ut non possit de ratione Statuum Imperii videri, sine quo illi & ab origine sua & tot seculis subsisterunt. Neque illa ad Statum Imperii, sed ad Statum territorii pertinet. Etenim superioritas illa solius territorii Cives ac jura recipit; jus Statuum ad univ-ersum Imperium refertur: illa territorii finibus, hoc non nisi Imperii *Rom. German.* regionibus coercetur. Principes potestate territoriali subjectis sibi moderantur; ut Status de rebus Imperii statuunt.

§. XIX. Quin imo possunt adhuc esse & fuere Status Imperii sine superioritate territoriali, quippe quorum territorium est mediatum. Etsi enim hodie aliter cautum sit, nec admitti Comites ad comitia possint, nisi bona immediata habeant, tamen inter vetustos Comites exempla in contrarium videntur, quibus ex causa abstinemus. Sane haud obscure illud innuitur in *Rec. I. 1548. §. 66.* cujus textum supra evolvimus. Ibi enim distinctio quadam fit inter novos & antiquos Comites; & de novis saltem dubitatum fuit, num illi, *die von allen thren Gütern den Fürsten gedienet, und auf deren Eigenthum sich Grafen- und Freyen lassen*, quoad onera Imperii, &c. eodem jure quo reliqui Comites immediati habendi sint? Quod ibi negatur: Et soli igitur novi Comites, immediata bona non habent, excepti sunt.

§. XX. Præterea accedit Statibus Imperii, quod

coram Camera Imperiali, tanquam supremo Imperii iudicio, in prima instantia, salvo tamen beneficio Austregarum conveniri possunt. Item, quod ad onera Imperii teneantur. Quod matriculae Imperii adscriptae sint &c. At ridicula prope foret sententia, his rebus Statum Imperii formari: uti tamen inter alios statuit *Dan. Otto de Jur. publ. cap. 17. pag. 541. §. 42.*

§. XXI. Plane enim hæc omnia è contrario subjectionem potius arguunt quam participationem Imperii, quæ Statum facit. Recognoscere alium iudicem; adstringi alii ad onera publica & ideo referri in matriculam &c. vel Subditorum, vel Vassallorum saltem est; at hic de qualitate Imperatrice Statuum Imperii quaeritur. Nec soli Status, sed & alia membra immediata Cameram immediate agnoscunt, & onera Imperii præstant. Quin & Status quidam exempti esse possunt Camerae, & immunes ab oneribus fieri, salvo statu. Et è contrario tenentur ad ea onera quoque qui status non sunt. *Limn. de Jur. Publ. d. cap. 7. num. 96. Vid. Dn. Præf. Jur. Publ. Prud. cap. 19. §. 6. cap. 31. cum seqq.* Matricula vero præsumptionem quidem Status facit, non Statum; & licet plene probaret, aliud tamen est quod probat Statum, aliud quod facit: denique notissimum est, Status jam fuisse ante matriculam. Ut adeo frustra labore Limnæus cum solam Imperii matriculam efficere veram Statuum notam contendit. *d. lib. 1. cap. 7. num. 91.*

§. XXII. Quod aliquando quis vocatus fuerit ad Comitiam, & vel per legatos aut per se ibi comparuerit, minime sufficit; cum & Extraneorum Regum, Principum, ac Civitatum Legati, quin privati quoque aliquando compareant in Comitibus, B. Lutherus in Wormalien-

sibus

fibus *Steid. de Stat. Relig. lib. 3. ad ann. 1521.* Scilicet. Statum non facit nisi illud jus Comitiorum, tum quod quis jure ordinario & proprio habet, ita ut jura semper ad ea vocari necesse sit; tum quod ideo competit, ut de rebus Imperii cum reliquis consulat, & concludat; non quando comparet, ut causam ibi dicat, rationes reddat, vel negotium suum agat, aut aliis de causis extra ordinem accersatur.

§. XXIII. Pariter accedit Statibus, ut beneficium Aufregarum habeant, & ut obligati sint Imperio, vel ut Cives, vel ut Vasalli &c. Verum eadem ratione, nihil ad rationem Imperii pertinent, sed subjectionem potius inferunt, & aliis quoque communia sunt, & Status quoque jam fuere cum jura Aufregarum adhuc incognita essent. Quæ satis ex superioribus patent.

SECTIO IV.

QVA RESOLVUNTUR:

Mota ab aliis dubia.

SVMARIA.

§. I. Respondetur *Limnao*, ejusque error notatur. §. II. Qualiter Regnum *Bohemiae* sit Status Imperii. §. III. Iterum notatur *Limnaus*. §. IV. Objectiones alie referuntur. §. V. Respondetur I. ad *Aur. B. Caroli IV. in fin. pref.* §. VI. II. ad *Reformationem Friderici III. 1442.* §. VII. III. ad *Rödnigl. Landr. 1495.* §. VIII. IV. ad *Rec. Imper. 1542. §. 90. seqq.* §. IX. V. ad *Rec. I. 1564. §. 32.* §. X. VI. ad *Pac. Osnabr. art. 5.* §. XI.

E 2

VII.

VII. ad Pac. Osnabr. art. 8. §. 2. §. XII. IIX. ad Bul- lam Sigismundi Palatinis datam. §. XIII. Conclusio.

§. I.

Inprimis Limnæus de Jur. Publ. lib. 1. cap. 7. n. 92. operam ludit, & revera nugas agit, cum longam seriem eorum recitat, quos ad Comititia non vocatos, & tamen Status Imperii esse fingit. Quorum enim meminit, quidam de facto & injuria, propter receptam Confessionem Augustanam, suspensi ad tempus sed Pace Westphalica plane restituti & admissi fuere. Alii ab Imperio ipso exempti. Alii penitus extincti. Alii in numerum Statuum nunquam relati. Alii in jus Civitatis Germanicæ nondum recepti sunt. Quid igitur his commentis ineptius est? Primo loco recensiti habuere jus Comitiorum; reliqui nec Status sunt nec fuerunt.

§. II. De Regno Bohemiæ vid. d. Praef. d. tract. cap. 1. in fin. cap. 3. Sect. 4. in fin. & Sect. 5. in fin. cap. 12. §. 12. & seqq. cap. 19. num. 9. & 10. Hoc Regnum suo sensu Status Imperii dici potest, quatenus Augustum ejus caput Comitibus Electoralibus interest. Quod autem pleno sensu non sit, inde est, quoniam receptum non est, neque se recipi curavit seu desideravit in civitatem nationis Germanicæ; quin olim separatam esse maluit. Vid. d. cap. 19. §. 10. Cur enim tanti fastigii Regnum minus receptum fuisset in Civitatem Germanicam, quam Principatus Pomeraniæ & Mechlenburgensis, qui & ipsi olim juris Slavici fuere, & ille anno 181. hic anno 1348. in jus Civitatis Germanicæ & Comitiorum cooptati sunt. Vid. d. c. 3. Sect. 5. §. 77. & 78.

§. III. Et frivolum est quod Limn. d. lib. ex A. B. tit. 4. pr. affert, ubi tantum definitur, quo Ordine Rex Bohemiæ

miã sedere debeat cum vocatus adest, non autem, quod semper vocandus sit: Neque sanius est, quod ait **von den Inhabern**: illi enim non suo, sed Statuum, quorum terras tenent, jure adsunt.

§. IV. Plura sunt, quæ obijciuntur contra sententiam, quod Nobiles immediati nunquam fuerint Status Imperii. Quin non desunt Viri docti, qui adhuc eos nomine Statuum venire existimant: quorum pace salvoque omnino iudicio, dubiis iis quæ offeruntur ex *A. B. in fin. Pref. Reform. Frid. III. de ann. 1442. in princ. Landr. 1495. princ. R. I. 1542. §. 91. & seqq. R. I. 1564. §. 32. Pac. Osnabr. art. 5. §. 15. §. 25. & seqq. & art. 8. §. 1. & 2.* breviter respondimus.

§. V. Primum igitur nihil officit quod Carolus IV. *A. B.* edidit assidentibus etiam Nobilibus, *in fin. pref.* Non enim ibi dicitur, quod Comitiali deliberationi & Suffragiis Statuum interfuerint, sed loquitur de actu publicationis, quæ sit publice, & tum, cum jam ante lex per curias deliberata inter Status conclusa, ab Imp. comprobata, totumque adeo negotium omnibus partibus suis jam absolutum est. In hoc igitur publico actu quo post Comitiam Imp. legem publicavit, assidere cum aliis. Unde notabiliter additur, *prævia deliberatione*: Hæc itaque deliberatio Comitialis tum jam preces serat & peracta fuerat. Neque vero in Comitiiis Electores & Status assident Imperatori, sed seorsim per distincta Collegia deliberant, & tum Imperatori conclusum communicant. Horum igitur Collegiorum Suffragiis interfuisse Nobiles probandum erat.

§. VI. Nec magis obstat *Reform. Frid. III. princ. in verbis: Allen Grafen/ Freyenherren/ Dienknechten/*
E 3
Nitt

Rittern / Knechten &c. Nam & ibi evidens est, non lo-
qui Imperatorem de Statibus, qui legem cum ipso con-
stituerant in Comitibus; sed de subditis, in quos lex illa la-
ta fuit: non de iis, qui iussere legem, sed contra, quibus
illa iussa est. Nam inter eos, quos ita alloquitur Imp. re-
centet etiam alle Vögte / Bürgermeister, Schulthei-
sen / Richter / Umbleute / Gemeinden. It. alle Märck-
te / Dörffer &c. Et mox expresse alle des Reichs Lin-
terthanen. Omnes igitur Imperii subditos affatur, qui
legem ab ipso & Statibus latam servare debent, non qui
tulerunt.

§. VII. Porro opponunt Königl. Landfr. 1495.
princ. ubi dicitur: Daß der Land-Friede geschlossen
sey, mit einmätzigem zeitlichem Rath der Chur-Für-
sten, Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren und
Ständ. Cum igitur Status reliqui jam specialiter no-
minati fuerint, & tamen addatur vox Stände / ea ad No-
biles referenda videtur. Id vero male concluditur, cum
superfint Civitates Imperii, quas Status esse, & eas ergo
ibi intelligi constat. Tum nec à vero abluere videtur,
esse vitium Scripturæ vel Typi, & Ständ legi pro Städte:
sane res ipsa id probat. Et inter omnes constat, sub Ma-
ximiliano I. Nobiles non fuisse ad Comitija vocatos. *Conf.
Sect. 3.*

§. VIII. Nihil vero huic facit R. I. 1547. §. 90. 91. &
94. ubi junguntur Status Imperii & Nobiles immediati,
idemque juris in his atque illis statuitur. Enim vero agi-
tur ibi non de jure Comitiorum, sed de oneribus & col-
lectis Imperii, ad quæ omnes immediatos teneri constat.

§. IX. Paulo plus dubii habere videtur, quod in
R. I. 1564. §. 32. dicitur: Daß in die Mandata die Ban-
Erben/

ben / und andere von der Ritterſchaft und dem Adel
welche unter den Creyß- und Reichs- Ständen mit
begriffen ſind / mit einzuziehen. Verum ex ea restri-
ctione expreſſa ad Ganerbios, & tales Nobiles, qui inter
Status Circuli & Regni ſunt, contrarium apparet, ſcilicet
alios Nobiles immediatos inter Status non haberi. Quor-
dam enim Corpora & Collegia, quibus Nobiles imme-
diati interſunt, jura Comitiorum habent, & hinc Status
Imperii ſunt, uti Ganerbinatus der Burg Friedberg und
der Burg Selnhauſen. Item, die Geſellſchaft St.
Georgen Schildes im Hegou &c. quæ corpora Nobili-
um in matriculis Imperii ita deſcripta ſunt, in quibus alii
Nobiles deſcripti neſtquam inveniuntur. *Linn. d. jur.
publ. lib. 6. cap. 2. n. 32.* Ut ex hac reſtictione, & cum Gan-
erbiis comparatione, & matriculæ conſenſu conſtet, al-
ios Nobiles immediatos & à nomine & à juribus Statuum
ſeparatos eſſe.

§. X. Ex eo autem quod in *Pac. Osnabr. art. 5.* Sta-
tus turbati ſunt reſtituendi; in bonis eorum ſtatus anni
1624. ſervandus; oppignorationes confirmandæ; &
quod Statibus reſpectu territorii jura quædam tribuuntur,
non videtur inferri, quod ibi Status nomen ad omnes im-
mediatos referendum. Statibus enim utique jura terri-
torialia recte tribuuntur, eſt hæc non ut Status Imperii,
ſed ut Principes territorii habeant. Quod vero eadem
jura Nobilibus quoque immediatis comperant, inde eſt,
quia quæ in *d. art. 5.* de Statibus tranſacta ſunt, deinde ſpe-
cialiter quoque in *d. art. 5. §. 28.* ad Nobiles immediatos
imperii extenſa fuerunt.

§. XI. Elegans quoque ratio eſt, quam in contrari-
um depromit Vir doctus ex *Pac. Osnabr. art. 8. §. 2.* ubi ca-
vetur

vetur ne Imperatori intra Statuum fines nova munimenta extruere liceat sine Comitiali consensu. Id vero nec licitum ipsi erit intra aliorum immediatorum fines sine Consensu Comitiali. Et illi ergo nomine Statuum ibi intelliguntur. Verum etsi omnino conceditur, id non licere: non tamen inde sequi putamus, nomine Statuum omnes immediatos intelligi: Quia reliqui, qui Status non sunt ne hac quidem Pacis dispositione continentur, sed soli Status. Plurimum enim interest quid non liceat Imperatori, & quid per Pac. Osnab. non liceat, Munimenta nova in Imperio extruere sine Statuum consensu nec ante Pacem licuit: munimentorum enim constructio consequens est juris armorum, quod sine consensu Statuum exercere per ipsam Imperii formam Regi non licuit. Jus igitur commune Imperii id est, quod omnibus subditis æque prodest. Sed Statibus præterea speciali jure Pacis quoque cautum est, quod multo plus complectitur, ita ut & ruptæ Pacis, commissæ legis fundamentalis Imperii, aliarumque Clausularum Pacis *Violatarum* querela comperat; & inprimis ad Guarantias Pacis provocari possit &c. Quæ omnia cessabunt in reliquis: & his igitur non nisi jus commune; Statibus vero præterea hæc Sanctiones & cautelæ Pacis quoque proderunt. Nam ergo inde effici videretur, Statuum nomen in Pace ad alios immediatos relatum.

§. XII. Denique Bulla quidem Sigismundi manifeste anno 1414. §. 3. & 4. dicitur Palatinis data, adhibitibus, præter Imperii Status in Consilium *Nobilibus, Proceribus, & multis aliis Ipsius Imperii Fidelibus*. Verum ea non fuit in Comitibus Imperii edita, sed, ut ex subscriptione patet, in actu Coronationis Aquisgranensis. *Goldast. Tom. III. Con-*

Constit. Imp. fol. 143. ad ann. 1413. Erat equidem res decisa jam in Aur. Bull. Caroli IV. sed post Ludovicum Bavarum, qui fratrem Palatinum ejecerat, nondum videntur quievisse Bavari. Vid. *Dn. Praef. de Jur. publ. Prud. cap. 12. §. penult. & ult.* unde gemina adhuc Bulla, & quidem causa denuo cognita, adhibitisque adeo in Consilium aliis, id confirmatum fuit. Hujusmodi enim jurium inter Partes confirmationes aut decisiones non solebant ad Comitiam referri, sed ab Imperatore expediri, cui tum liberum fuit in consilium adhibere Nobiles, Proceres aliosque fideles, quos in Aula vel Consilio habet, vel, pro causa ac litis momento, etiam Electores aliosve Status. Fuit hic mos frequens istorum temporum Camera Imperii nondum instituta. vid. *Dn. Praef. d. tract. cap. 30. §. 5.* Unde in dicta Bulla non tantum praeter Status, referuntur *Nobiles*, sed & praeterea *Proceres & multi alii fideles*; per hos vero, quos alios intelligas quam Nobiles, Proceres, & Ministros, qui in Aula Imperatoris & ipsi à Consiliis fuere. Unde Civitatum nulla plane fit mentio; quia illa quidem in Comitibus, non autem inter aulica ministeria sunt.

§. XIII. Hinc igitur, salvo iterum iterumque aliorum iudicio, fixum nobis immortumque videtur, et si Statibus Imperii alia plurima accidant proprium tamen perpetuumque eorum characterem veramque notam absolvi jure proprio Comitiorum Imperii: non quod plus sit in jure Suffragii quam territorii; sed quod in illo Status Imperii ratio, in hoc potestas in cives constet. Neque ea ratio unquam mutata apparet. De quo jam pro instituto nostro
fatis.

F

CO.

COROLLARIA.

I.

Discrimen terræ mediatae & immediatæ certo immotoque jure constat, & cum usu Gentium ab omni memoria frequentatum fuit, tum in primis in Imperio ac jure publico maximi momenti prolixique usus esse videtur.

II.

Discrimen hoc neque Carolingorum neque sequentium Imperatorum Germanorum in temporibus unquam mutatum fuit.

III.

In Regni Teutonici jure publico obtinet jus Albinagii cum ratione personæ tum ratione terrarum.

IV.

Jure communi bon. fid. possessor fructus consumptos ne quidem quatenus est factus locupletior restituere tenetur: eaque doctrina & æquitate nititur, & ex ratione Juis Civilis necessaria est.

V.

Filiabus statuto exclusis augetur legitima filiorum; renunciantibus post mortem parentum, non augetur.

VILe-

VI.

Legitima liberorum intelligitur non deducta portione statutaria conjugis.

VII.

Testamentum alio testamento facto rumpitur, etsi testator juraverit se id non mutaturum.


VIII.

Testamenta sunt Juris positivi.

VIII.

Nova feuda Masculis liberis computantur in legitimam.

SOLI DEO GLORIA.



Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the word "ALIA" and other illegible characters.



Fragment of text from the adjacent page, including the letters "A", "I", "A", "L", and a star symbol.



ULB Halle
002 376 954


3



sb

VD 18







DISSERTATIO IVRIS PVBLICI
DE
**CHARACTERE
STATVVM IMPERII,**

Pub. C. 55.
Pub. Summ. 4.
1709, 46
23

P. 118

GERMANICE:

Son Der Reichs-Standschafft.

QVAM
DIVINI NVMINIS AVSPICIO
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
AVGVSTO ET SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSICI ET ELECTORATVS BRANDEN-
BVRGICI HEREDE, ETC. ETC.

PRAESIDE
DN. HENRICO COCCIO,
ICTO EXCELLENTISSIMO,
AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS
CONSILIARIO INTIMO, FACVLTATIS IVRIDICAE
ORDIN. ET ANIECESSORE PRIMAR.

IN HAC
CELEBERRIMA VIADRINA,
AD D. XII. MART. A. CIO IO CC IX.

EXHIBET
FRIDER. WILH. DE MVLHEIM,
EQVES MARCHIVS.

FRANCOFVRTI AD VIADRVN, PRIMVM EX
NVNC VERO TERTIA VICE REC. 1739.

